



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

ver. 41.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

ut que possumus flagiter, immo vero hic etiam minora. Calvini autem nostræ commissit, ut possumus maiora facientes, mercedem acquirere laudem. Hæc pluribus ostendenda putant, ut ne quis sola fide deceptus, veniat ad illud iudicium imparatus, sed illis sese instruat, quibus iudicium subire possit.

VERSUS 41.

Tunc dicit & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius.

QVÆSTIO I.

Cur Impij damnentur?

Calvinus exprobrari dicit impijs. [Quod reiecto salutatore, sponte se in vitam sortem conuerterint, & cū fatana perire maluerint. Non quod minus ipsi ad exitum destinati sint, quam diaboli, sed quia in eorum scelere palam apparet exitij causa, dū vocatōis gratiam respiciunt. Quamvis igitur arcano Dei iudicio reprobi, iam antequam nascantur mortis donati sint, quando tamē offer ut illis vita, nō consentitur mortis hæredes, vel fatana socij, sed ab incredulitate emergit, ac deregitur eorum perditio, quæ penitus abscondita erat.]

Hæc est horrenda & in Dei bonitate blasphemia Calvinii Philosophia. Quam etiam Beza, Piscator aliique exasperant, vide coll. Momp. II. circa finem Beza in summa Christianismi. Contra Castalionem, p. 696. Vide & librum concordia, seu consensum orthodoxi Germanum Bavarum in Examine cōtra Scilicet cerum, à quibus refugium Hemmingius, Arminiani & iam plerique Calviniani facti molliores, non n. recipiunt dogma eorum, qui Parcarum tabulas cum familia Zenonis confingunt. Ita ille præfatione in Epist. Apolloniorum. Non vult Deus mortem peccatoris, ut docuit de idolo Calvinistico c. 8. Ezechielis testimonium est. c. 18. 23. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor, in iustitia sua, quam operatus est, viuet. Namque voluntas mea est mors impij, dicit Dominus Deus, & non conuertatur à vijs suis & viuat: idem pronunciat cōtra in eos, qui à sua iustitia defecerunt. Summum conforatorium argumentum ex sanctissime Triados bonitate per prophetam, fidelibus pronunciatum, ex animis exellere subdola diffinitio tentat. Tam emphatica est in Hebræo sententia. Nunquid desiderando desidero mortem impij? & voluntatem, benedictionem, & cōmuni cum desiderio & voluptate propensam. Iam & Thren. in hunc Psalmum? Argumentum est à natura Dei studio, in re creatas suas: Nam ego ut omnium sum creator, ut paterno studio erga omnes ducor. Non possum à me reterequequam abalienare. Sed si quis abalienatur, id ipsi sua iniquitas evenit, non mea iniuria, omnium iniquitatum non recordabor amplius: & Quare? quia non est mea voluntas mors impij. Nunc impiam distinctionem adhibeamus Non est mea voluntas mors impij, sed ut conuertatur, scilicet, quia creatura est mors, qua contumacia scelus est, et qua iudiciorum seges ipsa media perditionis, mea voluntas est, vno verbo. Nolo ut mors mea, quia antequam mea voluntas esset, antequam mea peccata tua prauis oblati fuissent, iam mors mihi decessit, & nigrum ihera consilio aternitatis præscriptum, nō decessit mea, vel morte, vel contumacia, ut peccata sunt, sed ut tua iudicia exequaris, ideo & vitam subtrahis, & demoni mercedis, quæ in scelera, olim traditurus, & demoni rationem tam à qua ducitur argumentum agnosco: sed illa me non impolatur, si creaturas suas sine illarū culpa addidit exitio, &

decreto praparat flagitia. Dicit Adolphus venator Calvinista (in declaratione) vna voluntate Deum dicere peccatori eadem: conuertere, nolo mortē tuam: altera vero loquitur, volo ut iste homo absq; conuersione, & damnatus maneat. Esse in Deo scdus duplex; externum & internum: quos in exte. nō delectat amicos suos & hæredes vite æternæ, eos in interno iam antequam nati essent, hostes declarasse, & ad æternam damnationem immutabili decreto ordinasse. Dicit: Quantumvis Deus reprobos inuitet, vocet, oret, obsecretur, ad conuersionem admoveat, verbum illū annunciari curet, salutem polliceatur, rem eo pacio proponat, ac si tantū per ipsos sciret, ista tamen omnia a Deo cordi non esse, sed fieri tantū ab ipso: ut ipsos (quos tamen volebat credere & conuertere, & in quibus nunquam operari voluit) ob ipsorum infidelitatem, & impenitentiam grauiori damnationis pena efficiat. Sic ille suorum popularium mentes, à quibus longerecedit, exponens. Minus videmus in iudicio retractarios ipsos improbos, non n. excusant vitæ suæ nequitias, prædestinatione, & voluntate iudicis ad crimina impellere, ne quid beneagenda potestate sibi defuisse querant: ut tū tamē speciosissima & iustissima excusatio esse potuisset: si diceiēt à iudice se coactos, & impulsos. Non potuisse necessitati non parere. Necessitati omniū similes esse. Cur & vsurpabūt illud:

Ita dicit & dicitur: Si quis dicitur de Deo.

Nec sinites quæ ex Deo oriuntur, ferre mortales oportuiss. Dixi. xal. p. rare hæc Piscator, & ecce thesiles eius. I. Peccata sunt Deo propter, & sunt eodem volente immo omnino sic volente. Sect. 17. ite. 2. 6. & b. 64. & passim. 2. Vult Deus iniquitatem fieri, et si ea non delectatur: sicut agrotus amarū potum bibere vult et si eo non delectatur. Et sic dicit illud Pl. 5. Non es Deus qui delectetur iniquitate & c. intelligit & c. 95. 3. Vult Deus ut Iudas Christum proderet, & ut Iudas ipsum occideret: quod tamen illis prohibuerat. Sect. 10 & 16 & 24. 4. Constantem est voluntati Dei quod iniustum est, hoc est præcepto ipsius contrariū v. g. homicidii illud Iudeorum & proditione Iudæ & c. Ibi dicit præsertim Sect. 16 & 24. 5. Omnia sunt ex decreto Dei. etiam ipsi peccata: & quid ex decreto absoluto & speciali. Sect. 16, & b. 58. & c. 130. 6. Quia Deus iustitia & misericordia sua patefacere vult, ideo quoque vult, ut peccata fiant. Sect. 61. 7. Quia Deus procurat patefactionem istā iustitiæ & misericordiae suæ, id. o. et procurat ipsa peccata, Sect. 64. 8. Deus procurauit, ut Abalon stupraret uxorem patris sui, utq; Simej regi suo malediceret & c. ibid. uti & Sect. 17. 9. Deus destinavit omnes homines ad peccata: idque propterea, ut alios ex misericordia seruaret, alios ex iustitia puniret ac perderet. Sect. 89. 10. Quia Deus peccata permittit, ideo necesse est, ut illa fiant: quia scus frustrā decreuisset permittere. Sect. 131. 11. Incredulitas Iudæi (& similis ter omnium incredulorum) penderat prædestinatione Dei. Idq; Apostolus Rom. 9. diserte docet. Sect. 133. Quis Ceteris & Bacchi facris vel ipsi Afmodæo aliud officiū tribuat, & tamen nobis indignatur, & furiosum conuiuium nominant. Legit obsecro præfatione nouem orphanorum Iherosolymitani Iacobi Arminij in amicis eius cū F. Iunio collatione, præcipue in hæc verba. Ac faciebatur quidē sepe numero parens noster fieri posse, ut D. Calvin. & Lutherus in sententiam illā, quā ipse oppugnabat, religione aliqua scripturam perducti essent; sed quā illæ ipsæ scripturæ non recte ab ipsis essent intellectæ, & tota ab ipsis distulit antiquitas, Græca pariter & latina, & pietati noxia esset illa ipsa crudelitas, & religionem illam uerteret, putabat ille sine vilo pacis publicæ dispensatio ea se proponi posse, quæ & scripturis consona, & Dei naturæ conuenientia & pietati instillanda ideo, & si admittenda essent pacem, ac concordiam cum sanctimoniam allatura esse iudicabat. Imprimis verō etiam illud pium ipsius peccus percellerat, quod posita illa

Atrox
Calui-
nismus.

„fita illa absoluta decretorum, mediorumque in fines
„suos subordinatorum necessitate, videbat fieri non
„posse, quin & causa peccati Deus ille optimus & san-
„ctissimus statueretur, & in clementissimum numen,
„sub titulo iustitiae summæ crudelitatis infamia tran-
„scriberetur. Fertur quondam Tiber. Cæsar virginem
„quandam strangulâre voluisse, cur? quia ita libebat.
„Sed cum vetaret id patriæ mos, quo non licebat inte-
„meratam occidere, misit virginem ad Lenonem & de-
„creto suo viam ipse sternens stupratam occidi iussit.
„Suetonius. Immatuæ puellæ, quia nefas esset virgi-
„nes strangulâre, vitiatæ prius à Carnifice, dein stran-
„gulatæ sunt. Ignosce O bone Christe Ecclesiæ tuæ
„Doctores, qui de Deo, ad exemplum Tiberij, do-
„cere, loqui, scribere non verentur, Deum homines
„hoc consilio condidisse, ut non tantum labi possint,
„sed etiam ut re ipsa laberentur; quippe cum non nisi
„hac ratione peruenire potuerit ad fines illos princi-
„pales. Caluini sententiâ horridiorem cum posset de-
„serere, maluit in crustare. D. Iunius. Ecce hæc f. atre-
„duntur, apud Status belgicos sunt in precio, cur igitur
„furiosum est, conuictum cum dicitur à Bellarmino:]

Hæc vero diuina est bonitas, ut cum videret omni-
no ad omnes orthodoxorum monitiones, esse animos
Caluinianorum obfirmatos, ex illis excitaret, qui ve-
ritatem etsi non omnino agnoscerent, blasphemias
tamen tam execrabiles refutarent. Nec hominū sceler-
ata, aut damnationis originem in Deū transcriberent;
quod ubi fit, necesse est, non modo pietatem, sed re-
rum etiam naturam immutari.

§. 2. Iusta autem reprobis excusationis ansa datur, si
Deo volente sine vllō respectu culpæ ad ignem præ-
destinati sunt: quæ de re in Idolo Caluinistarum c. 12.
tractaui, cum Bellarminum defenderem contra Pa-
reum. Secundo loco obijciuntur testimonia ea, quibus
significatur, Deum creare impios, ut postea in ipsorum
pœnis iustitia diuina relucent, sic enim legimus Prou.
16. Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, impium
quoque ad diem malum. Et Rom. 9. An non habet potestatem
figulum facere aliud vas in honore, aliud in contumeliâ? Exod.
9. Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam,
& narretur nomen meum in omni terra. Vel ut Apost. cita-
to Rom. 9. in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te fortitu-
dinem meam.

Deus non
creat im-
pios.

Respondeo, Deum non creare impios nisi materia-
liter, ut in scholis Theologi loquuntur, id est, creare
eos, quos videt futuros impios, ut eorum impietate,
quæ ipse non fecit, sed tantū præsciuit, vtatur ad iusti-
tiam, & potentiâ suam manifestandam, sic S. August.
loquitur epistola 106. ad Paulinū. Quamuis peccata nō
fecerit, naturas tamen ipsas, quæ per se ipsas sine dubio bonæ sunt
quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia pecca-
torum, & in multis talia, quibus esset æterna pœna reddenda,
quæ nisi Deus creauit? Quare: nisi quia voluit? Quare autem,
O Homo, tu quis es qui respondes Deo? nunquid dicit figmen-
tum ei, qui se finxit quare sic me fecisti? an non habet potestatem
figulus lutū ex eadem conspersione facere, aliud quidem vas in
honorem, aliud in contumeliâ? Hæc ille.

Pareus pag. 338.

3. Siue illud. Omnia operatus est Deus: referatur ad
consiliū creandi omnes homines, siue ad ipsam crea-
tionē singulorum, non potest hoc dici. 1. Quia videt
vniuersos fore impios ex massa perditionis, nisi ipse
discrimen faciat: omnes etiam pariter creat impios, ni-
si ipse discriminē faciat, &c. pag. 339. 2. Res etiam loqui-
tur impios omnes vadere in interitum: ergo aut ad in-
fernum sunt creati id est ordinati ab æterno, atque etiā
procreati in tempore: aut Deus frustratur creationis
finē: aut nullo fine vero, sed temere aliquos creauit
Deus. 3. Deus absoluto iure potest destinare ad interitum,
hoc vult Beza, non ordinato in lege.

Defensio.

Ad 1. Parum mine manifestè Deum suum nobis incul-
cat: non tantum quem præuidit improbū destinari, nec ad
sed quem ordinauit. Si non impiū, quem præuidit, peruen-
sed ex impoenitentia, creauit in diē malū, ipsum ergo deus
impiū fecit, ut iure merito irer in diem malū, ordinat-
uit vero in suā gloriā etiam iam præuisam impietate.

Ad 2. Ab æterno ordinati sunt, & in tempore creati,
sed non absoluto decreto, verū in teiuentu impenit-
tiæ, nā vt in tempore non sine peccatorū merito dam-
nantur. Sic ab æterno nō nisi respectu meritorū dam-
nationi sunt destinati. Quod. n. facit in tempore hoc
constituit facere. Quod nec facit, nec facere se velle
reuelauit, id neque decreuit, at non præcipit in exiū
sine culpa reuentium, ergo nec decreuit sine culpa re-
nam. Nec alia mens Sancti Augustini & Fulgentij ad
Monymum libro 5. de Augustini sententia vide Pro-
sperum siue ipsum Augustinum lib. 2. contra calum-
nias Pelagianorum. Nam capite 3. sic ait.

Obiectio 3.

Quod Deus maiorem partem generis humani ad
hoc creat, ut illam perdat in æternum.

Omniū quidem hominū Deus creator est: Sed
nemo ab eo creatus est ut perierit: quia alia est causā
nascendi & alia est pereundi. Vt. n. nascuntur homines,
conditoris est beneficium: ut autem pereant, præuic-
toris est meritū. In Adam quippe in quo omnium ho-
minū præformata natura est omnes peccauerunt, e-
demque sententia quæ ille excepit obstricti sunt. Neque
ab hoc vinculo etiā propriis peccatis carent, resolu-
untur nisi in sacramento mortis & resurrectionis
Christi per Spiritum Sanctū renascantur. Nimis ergo
impus & indoctus est, qui vitii naturā nō discernit
ab auctore naturæ: a quo prorsus alienū est, quicquid
in vnoquoque damnandū est, creat. n. homines, vt sint
homines: nec multiplicadis generationū successi omi-
bus opificiū suum subtrahit secundum consiliū bonæ
voluntatis suæ: reparaturus in multis quod ipse fecit,
puniturus in multis, quod ipse non fecit. Sicut per re-
bēdientiam vnius hominis peccatores constituti sunt vniuersi, ita
& per vnius hominis obedientiam iusti constituti sunt multi.

Obiectio 4.

Quod maior pars generis humani ad hoc creetur
Deo, ut non Dei, sed diaboli faciat voluntatem.

Insanū omnino & contra rationem est, dicere, volū-
tatem Dei in Dei voluntate non fieri: & damnatorem
diaboli eiusque famulorum, velle ut diabolo seruiant.
Sed hoc Catholicis Pelagiani consequenter se obij-
cere existimant, qui Adæ peccatū transisse in omnes
diffidentur. Quoniā si primam natiuitatem originalis
culpa non obliget, non sint obnoxij diabolo paruli:
nec indigeant erui de potestate tenebrarum, qui nū-
quam a suo auctore discesserint. Nos autem qui om-
nes in Adam perisse profitemur: venit enim filius homi-
nis querere, & saluare, quod perierat: nec dicimus ideo
creari quenquam hominem, ut diaboli faciat volun-
tatem, & agnoscamus omnem hominem non redem-
ptum diabolo esse captiū. Præuicatio enim homi-
num dispositæ à seculis creationis ordinem turbare
non potuit, & merito creatura peccatrix penalem di-
nationem illius patitur, cui relicto vero Deo, sponte
se vendidit. Hæc quippe seruitus nō institutio est Dei,
sed iudicium, quo fraus deceptoris diaboli facta est
decepto, & male credulo homini pœna peccati. De
qua nemo eruit nisi per mediatorem Dei & homi-
num hominē Christum Iesum, cuius gratuita gratia
& multorum malis meritis non tribuitur, & nullo-
rum bonis meritis præuenitur.

Obiectio 5.

Quod quando incestant patres filias, & matres fi-
lios: vel quando serui Dominos occidunt, ideo fiat:
quia ita Deus prædestinauit, ut fieret.

Quod Diabolo obijceretur, quod talium facinorum i-
pse auctor, & peccatorum inventor, puto quod aliqua ratio-
ne exonerare se hac posset invidia, & talin seclerum
partem de ipsorum voluntate vinceret: Quia etsi
de causis est furor peccantium, probaret tamen se
non totum esse vim criminum. Quia ergo insipientia,
quae dementia dicitur, ad Dei referendum esse co-
gnitum, quod nec Diabolo in totum ascribi potest,
quod peccantium flagitijs, illecebrarum adiutor, non
voluntarium credendus est, esse generator: Nihil ergo
talium negotiorum Deus, praedestinavit ut fieret: nec
illam animam nequiter, turpiterque victuam ad hoc
veritater fieret, praeparavit: Sed talem futuram non
ignorat, & de tali iuste se iudicaturum esse praesci-
vit. Atque ita ad praedestinationem eius nihil aliud
retrahitur, nisi quod aut ad debitam iustitiam retri-
butorem, aut ad indebitam pertinet gratiae largitae.

Obiectio 13.

Quod omnes illi fideles & sancti, qui ad aeternam
mortem praedestinati sunt, quando ad vomitum suum
relinquuntur, vitio quidem suo, hoc facere videntur:
Sed ipsius vitij causa est divina praedestinatio, quae il-
lis latenter subtrahit bonas voluntates.

Idem blasphemiarum Spiritus perleverat, & a pre-
cedentibus mendacijs, subiequens impietas non re-
cedit, quam prolixus vera ratio reprobat, & in cunctis
tandem doctrina condemnat. Quia omnibus quidem
a fide ad invidiam, a sanctitate ad turpitudinem
transitus, & ante finem vitae, nulla emendatione pur-
gatus, nihil aliud quam aeterna mors debetur: Sed ne-
cessitas est Deo tribuere, causas talium minarum. Quia
etsi extrema scientia praecognitum habet, quod vi-
ciosumque meritis retribuitur sit, nemini tamen
per hoc quod falli non potest, aut necessitatem aut
voluntatem inulit delinquendi. Si ergo a iustitia, &
pietate quis deicit, suo in praecipis fertur arbitrio, sua
concupiscentia trahitur sua persuasionem decipitur. Ni-
hil ubi Pater, nihil filius, nihil agi Spiritus Sanctus;
nec ulli negotio quicquam divinae voluntatis inter-
venit: cuius opera multos scimus, ne laborentur re-
tro, nullos autem, ut laborentur impulsos. Hisce op-
pone illa piscatoriana in responsione ad parascenen
Veritatem: Cōsiderandum quomodo Deus myste-
ria regni celorum Scribis & Phariseis absconderit.
Non certe invene. &c. ergo externe quatenus scilicet
excoerentes eorum excoeravit. Deinde pag. 6. ex om-
nibus illis scripturae dictis clare patet, incredulitatem
hominum a Dei praedestinatione, tanquam effectum
a causa pendere. Quam igitur axioma illud meū
de principi causa, in verbo Dei clarissime sit fundatum,
etque in illo pio qui hac perpendit, atque conside-
rat, iusta causa offensionis relinquitur. An obsecro
Deus non est causa peccati, qui causa est princeps in-
credulitatis? qui Piscatoris opinione ideo Christum
dare non indiget credere? An non haec sunt ineptissi-
ma blasphemiarum prodigiosa mendacia? Quod
etiam absolutum narrat, & meliorat, bis mentitur. Er-
rat, non enim fingi potest vis odiendi, puniendi, nisi
multo, verum hac de re relegat quaestionem quartam
D. Martini Berani, quam cum in vsum hic descripsi.

QVÆSTIO II.

An Deus potuisset aliquos creare ad mortem
suo arbitrio citra ipsorum
culpam?

Quesandi haereticos esse, qui asserunt Deum ali-
quos creasse ad mortem sine vilo ipsorum vi-
cio. Nam quaestio est, esto Deus neminem hoc modo
ad mortem creaverit, an saltem id facere potuisset, aut
etiam nunc posset, si vellet? Ratio dubitandi est, quia

cum Deus sit absolutus Dominus omnium creatura-
rum, cur non posset de ijs facere, & statuere pro suo
arbitrio: cur non posset aliquos si vellet citra culpam
ipsorum creare & praedestinare ad damnationem &
interitum? aut quis ei resistere? At contra, si faceret,
quomodo crudelis non esset? vide licet difficilis hic
nodus. Sed cum divina gratia facile illum dissolvam,
non tam meis quam Augustini verbis. 2. Res ita ha-
bet. Varia in Deo attributa spectari possunt, & quidē
quod ad praesens institutum attinet, haec tria potissi-
mum, Potentia, Bonitas, iustitia; quae omnia in Deo
infinita. Est enim ipse infinite potens, infinite bonus,
infinite iustus. Imo ut Patres & scripturae loquuntur
est ipsa omnipotentia, ipsa bonitas, ipsa iustitia. 3. Si
ergo spectemus praecise potentiam Dei, non spectata
bonitate & iustitia, sine dubio posset non solum ali-
quos, sed omnes homines creare ad mortem. Hoc e-
nim non repugnat ipsius infinitae potentiae. Quis e-
nim illi resistat? Hoc sensu dixit Augustinus in libro
de praedestinatione & gratia, capite 16. Si humanum
genus non cum debita morte, & peccati origine nasceretur, &
tamen ex ijs creator omnipotens in aeternum non nullas dam-
nare vellet interitum, quoniam omnipotenti creatori diceret, qua-
re fecisti sic? 4. Si vero spectes iustitiam Dei infinitam,
non potest suo arbitrio damnare, quos vult, nulla ip-
sorum culpa praexistente. Hoc asserit idem Augu-
stinus in Epist. 106. Ut quemadmodum nihil boni, ita nec
mali aliquid mereatur, non frustra videretur iniquitas, ut ex
ea vasa fierent in contumeliam. Et infra. Quemquam vero
immeritum & nulli obnoxium peccato, si Deus damnare cre-
ditur, alienus ab iniquitate non creditur. Et lib. 3. contra
Iulianum c. 28. Bonus est Deus, iustus est Deus. Potest ali-
quos sine bonis meritis liberare, quia bonus est: non potest quen-
quam sine malis meritis damnare, quia iustus est. & Sanctus
Fulgentius lib. 1. ad Monimum capite 26. Notum est,
iram Dei dici non posse nisi ubi creditur hominis iniquitas pra-
cessisse.

5. Fortè occurret duobus modis accipi posse, ut
Deus dicatur al quos damnare sine ipsorum culpa.
Primo quo ad executionem. Secundo quo ad pra-
edestinationem. Priori modo fore iniustum ex senten-
tia Augustini, non posteriori. Nam contra iustitiam ef-
ferret, re ipsa damnare aliquos qui nihil culpa contraxis-
sent. Non autem esset, praedestinare aliquos ad dam-
nationem, sine ipsorum culpa, & simul statuere, non
velle exequi damnationem, nisi mediante culpa. Hoc
facit Deus; illud non facit. Ego contra concludo; si
iniustus est, qui damnat hominem, sine peccato, ma-
gis iniustus est, qui praedestinat hominem ad peccatum
ut damnare eum possit. Recte Fulgentius libro 1. ad
Monimum c. 22. Nec iniustitia iusta diceretur, si puni-
endum reum non invenit, sed fecisse dicitur. Maior
vero est iniustitia si lapsa Deus retribuit poenam, quae
stantem praedestinasse dicitur ad ruinam. 6. Iam de
infinita Dei bonitate ita statuendum est. Repugnat
illi quatenus supplicijs addicere non praesit ipsius
culpa. Hoc quidem discretis verbis in Augustino non
reperio. Sed tamen optime demonstrari potest. Nam
Deum infinite bonum esse, nihil aliud est, quam
infinite propensum esse ad benefaciendum. Et
haec ipsius natura, ut recte docet D. Thom. in 3.
parte q. 1. art. 1. ubi ex hoc principio sic concludit.
Ad rationem boni pertinet, ut se alijs communicet:
Ergo ad rationem summi boni, ut se summo modo
communicet. Deus autem summum bonum est: Er-
go ad rationem Dei spectat, se summo modo comu-
nicare, quod fit per incarnationem. Ergo similiter
concludo. Quo quis magis natura propensus est, ad
benefaciendum alijs, eo magis abhorret ab inferendo
malo, praesertim iniusto. Ergo qui infinite propensus
est ad benefaciendum alijs, infinite abhorret ab omni
iniusta

iniusto malo: Effet autem iniustum malum; Si quis prædestinaretur ad damnationem citra culpam suam, ut ex August. ostensum est. Ergo Deus qui est infinite bonus, maxime abhorret à tali prædestinatione. 7. Si ergo absolute quaras, posset ne Deus aliquem absolute creare, ut pereat, dicendum est, non posse quia repugnat ipsius infinitæ bonitati, & iustitiæ, tamen non repugnat omnipotentia. Potest hoc illustrari simili exemplo. Nam si quæstio sit, an Deus hunc mundum quem decrevit conservare, possit hoc momento destruere & alium producere: Respondeo non posse. At non repugnat ipsius omnipotentia. Quid refert? satis est repugnare immutabili decreto voluntatis. Cum Becano sentit Augustinus l. 1. Retract. c. 9. Omnis autem pena si iusta est, peccati poena est: & supplicium nominatur.

QVÆSTIO III.

Quæ pena Meledictorum?

§. I. Ignis æternus, qui paratus est diabolo, & Angelis eius. Quædã exemplaria habent apud Fran-

ciscum Lucam. ὁ ἡτοιμασμένος ὁ πῦρ τῷ διαβόλῳ, quæ paravit pater meus diabolo &c. Diabolus Syrus vocat *La zelharza*, criminatorem. Ad contumeliam & desperationem hoc facit, quod infestissimo inimico tradantur excarnificandi, & non magis liberationem sperare possint, quam ipse dæmon. Origenes alterius generis ignem existimat. Calvinus improprie ignem dici vult. Augustinus l. 23. de civit. Dei c. 10. demonstrat, quomodo possint igne torqueri dæmones, & anima. Et c. 17. probat æternum ignem. Verum de prima quæstione, eo loco qui primus occurrit disserui c. 3. v. ultimo, & alibi. De altera etiam locus in Apocalypsi, & alibi commodior occurrit. Hoc solum notandum, nullam hic appellationem, nullum effugium esse: sed continuo executionem post sententiam videri. Continuo eunt hi in *eternum supplicium*, seu *supplicium æternum*, iusti in vitam æternam.

CAPVT XXVI.

1. **I** factum est: cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. 2. Scitis, quia post bidden Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. 3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Capphas. 4. & consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. 5. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. 6. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, 7. Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recubentis. 8. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Ut quid perditio hæc? 9. potuit enim istud venditari multo, & dari pauperibus. 10. Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. 11. Nam semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habebitis. 12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. 13. Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. 14. Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum: 15. & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. 16. Et exinde querebat oportunitatem ut eum traderet. 17. Prima autem die Azymorum acceperunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? 18. At Iesus dixit: ut in civitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit: Tenuis meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. 19. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & paraverunt Pascha. 20. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. 21. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. 22. Et contristati valde, ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine? 23. At ipse respondens, ait, Qui intingit mecum manum in patibulo, hic me tradet. 24. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: va autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. 25. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? At illi: Tu dixisti. 26. Cum autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. 27. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens. 28. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. 29. Dico autem vobis, non bibam amaro de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. 30. Et hymno dicto, exierunt in Montem Oliveti. 31. Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. 32. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. 33. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizaverint in te, ego nunquam scandalizabor. 34. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. 35. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. 36. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic donec vadam illuc, & oram. 37. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæ, cepit contristari & mensus esse. 38. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. 39. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu. 40. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuisti una hora vigilare mecum? 41. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. 42. Iterum secundo abiit, & oravit, dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. 43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati. 44. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens. 45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite, ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.